



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

28. Dies Octobris. Amor non amatur. Jacobonus in vita.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Octob.
r? Qu
ubeasiam
entesm
e? Parv
meri , ne
amare De
cælum:
in nosam
Deus dñe
et, ut omni
lexu. Si
ta æstim
Majestas
bo crevit
ngelorum
uræ ratio
e, terrenis
ingratum,
mote, plu
Ungu
dem Mag
quen
ostantiam
ab aero
agistrum,
preium,
irum pe
centia
imentum
Regem,
Judi

Judicem, & Remuneratorem, in gloriam, in trium-
phum cœlestis gloriæ, Daret: ad unionem nostræ
naturæ, ad nuditatem, paupertatem, ad labores, &
incommoda hujus vitæ, ad contumelias, & perfe-
ctiones, ad alapas, & sputa, ad flagella, & spinas, ad
omne genus probrorum, & dolorum, ad crucem,
denique ad mortem. *Ut omnis qui credit, &c.* To-
tum id fecit, ut nos ab exitio sempiterno, cui addicti
eramus, eriperet, & externâ vitâ donaret: nec à nobis
requirit aliud, quam ut credamus in Filium, eique
serviamus, & diligamus. Qui sic, & tantum te di-
lexit, ne cum ingratè vel tantillum diligis? Imò Do-
mino cœli præfers pauxillum terræ? Verè

*Urit amor cæcus, non est amor arbiter æquus,
Nam deforme pecus, judicat esse decus*

28. DIES OCTOBRIS.

Amor non amatur. *Jacobonus in vita.*

Maximus a - I.
mantis est
dolor, tam
tarus in terris
Dei amor.

Non amari summum Bonum, ad amaras lachrymas compulit Jacobonus. Fuit is ex Seraphicâ Divi Francisci Familiâ, Vir præcellens sanctimoniam. Qui cùm videret tantam esse amantium Deum, qui est Charitas, caritatem, ut erat ipsi Deus charissimus, incedebat mæsto, & in solum dejecto vultu, non sine copioso fletu, ac oris planctu, & cordis luctu. Alii per compita ei obvii, cùm viderent genas tam uberibus perfusas lachrymis, toties gementem, singultiem, ac præ mæroris magnitudine, tantum non examinem, ab eo studiosè quærunt: ecquid ita ploret, quid deploret, cur tam copiosæ in oculis lachrymæ,

cur tam acerbæ in lingua querimoniæ, quid ei simili evenisset: promptos se ad succurrendum, modò causam suggerat tam vasti doloris. Frustrant, rogatus non respondet. Dolor magnus vel honorari silentio. Non est ergo qui consoletur eum non est usque ad unum, quia magna est velut mortalis contritio ejus. Tandem multorum importunitate compulsius, ductis prius ex imo pectore immobili suspiriis: vos, inquit, petitis silentio dignorem, quin eloquio lamentandi causam? Amor non amat, Ille unus deberet esse omnium hominum qui sunt fuerunt, erunt maximus dolor, quia non amatur amor.

II. Quid est hoc? obstupescite cœli super hoc. Ubi judicium, ubi prudentia, ubi ratio, ubi fides? Amantur opes, nullam nobis allaturæ open: quid vilius? Amantur honores, tituli, dignitates, quistarum umbræ prætereunte, quid vanius? Amantur spuria voluntates, quas aliud nil consequitur nisi mœstum pœnitere, quid fœdius? Amatur mundus, amat caro, amat Dæmon, hostes nostri caputissimi. Denique omnia odio dignissima amantur. Amor non amat. Qui nos condidit, condit conservat, conservatos tot favoribus, beneficiis gratiis locupletat, locupletatis, Regnum suum promittit in præmium; qui nobis aërem quo spiramus, alimenta quibus vescimur, vestes quibus tegimus, terram, qua sustinemur, solem quo illustramus, annam qua vivimus, denique omnia sua, ac tandem se gratis, nobis ingratis largitus est, hoc est, Amor non amat. Ille qui unus quidquid usquam in rebus procreatis est amabile, condidit, à quo res omnes suæ dul-

dulcedinem; venustæ formam, splendidæ lumen,
spirantia vitam, intelligentia rationem, res denique
omnes perfectæ perfectionem, & quomodo cunque
bonæ bonitatem hauserunt. Ille, qui est illicium
omnis amoris, consummatio omnis desiderii, ter-
minus omnis motionis, satietas omnis appetionis,
quies omnis voluntatis, centrum, & finis totius uni-
versi; denique, Amor non amatatur. Odium amatur,
& amor non amatur.

III. Latet Deus in corde meo, est absconditus in
pectore, fluit per venas meas, insidet fibris meis, cir-
cumscribitur meis visceribus, insinuat se per medul-
las, in me, & in qualibet parte mei, totus Deus est
collectus, totus completus, totus præsens, cum uni-
versa Potentia, Sapientia, Bonitate, cæterisque per-
fectionibus suis. Convertere nunc oculos tuos, ô A-
nima! ad te introrsum in fundum cordis tui; ibi si
lente creaturatum strepitu, & importunatum cogi-
tationum cessante tumultu, illum alloquere, & cum
illo colloquere, qui est Sapientia Patris, & centrum
tui cordis. Obsecro Domine, si inveni gratiam in
oculis tuis, liceat mihi pauca querere, ô Bonitas,
quid est quod me ames, & sic ames, cum odisse me
deberent omnes creature? Quid est quod amari cu-
pias à me, inter amatores tuos me seligens, qui in-
dignus sum, qui sim inter Dæmones, servus eorum
factus? O amor mundi, & gaudium cæli, quid tibi,
& mihi, qui debeo odium, esse & horror totius uni-
versi? Similis similem amat, quid tu optimus, diligis
me pessimum? Quid tu sapientia,amas me stultitiam?
Potentia, infirmitatem, Misericordia miseriam,
Pulchritudo turpitudinem, Scientia ignorantiam,
quid

Ost
C
C
m
n
ta
he
N
ca
da
au
H
fo
m
n
pe
ra
er
q
ex
tu
q
lu
l
A
tu
v
ie
v
P
fli
Chi

quid denique tibi Bonitas , amas me malitiam ? E
Anima incepit , vel nunc amare eum , qui ab initio
sine initio te amavit & in fine sine fine te amat ,
ab æterno expectavit , ut eum amares , & in æternum
deinceps paratus est te amare . Paciscar Domini
cum , ut olim sponsa tua Catharina . Domine , raga-
gita de me , & ego cogitabo de te . Beatum pactum
quo acquiritur cœlum , immo Dominus cœli . Quis
hinc exclamem :

O felix pactum , summo cum Numinis factum !

29. DIES OCTOB.

Felix commercium , ubi datur lutum , tollitur
rum , Petrus Damianus l. 7. ep. 7. ad Agnet.

Commer-
cium cum
Deo.

Icturum te existimares
læcula , si quantum est lutum
platea , tantum esset aum
tua crumena . In tua est gat-
nu , tale , dum volueris , inire commercium . Plures
ibi , credo , est cœlum , quam omne aurum . Deserere
ram , hoc est , lutum , accipis cœlum : despice terrena
dabantur tibi cœlestia ; sperne humana , acquires Di-
vina . Si hinc esset in terris locus , ubi foret gazophyl-
laciūm Christi , nonne malles collocari tuas pecunias
in tuo sacrosancto gazophylacio , quam in tuo mode-
fido marsupio ? Festivè B. Alcuinus : (a) Avarus , in-
quit , aurum querit , sed quid in auro , nisi species vana?
Nonne unus panis esuriensi melior est , quam mons au-
reus ? Aurum prodeste potest danti , non accipienti . Ide-
demus divitias in præsenti , ut in futuro possideamus illas .
Nam pauperis manus , gazophylaciūm est Christi . O

(a) Ep. 66.